



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

cap. 8. Formulae pro Procuratore cleri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

7 Instantia pro continuanda lectione Decretorum.

**R** Euerendissime Pater, & Domine. Cum ea, quæ cæpta sunt legi, clero sint valde utilia neque potuerint angustia temporis absolui: & Ego N. N. huius Synodi Promotor, peto, & insto, ea legi, quæ desiderantur, antequam dimittatur Synodus.

8 Instantia pro nominatione Officialium Cleri.

**R** Euerendissime Pater, & Domine. Ad faciliorem huius Ecclesiæ N. administrationem solent assimi in partem sollicitudinis Pastoralis aliquot viri prudentes, & graues, qui varijs muneribus additi Reuerendissimam Amplitudinem tuam in animarum, & aliarum rerum cura non mediocriter iuuent. Ideo Ego N. N. huius Synodi Promotor peto, & insto, eos de lugestu nominari, ut à Clero tum eorum metita, cum munia cognoscantur.

9 Instantia pro conclusione Synodi.

**R** Euerendissime Pater, & Domine. Cum omnia, quæ in hac Diæcesana Synodo agenda, & tractanda erant, diuina auxiliante gratia, ad optratum finem perducta sint, illud à Reuerendissima Amplitudine tua peto Ego. N. N. huius Synodi Promotor, ut ipsam Synodum concludere, & cum benedictione dimittere velit.

10 Instantia pro indictione futura Synodi. quæ sit in Provincia Mediol.

**A** Ntiquo item Canone caurum est, ut proximam Synodum Diæcesanam in Scilione Episcopus indicat: Ideo ego N. N. huius Synodi Promotor humiliter insto, Synodum Diæcesanam proxime futuram in hoc Synodali Convoco omnibus, qui interesse debent, pronunciari, & iudicari.

FORMVLÆ PRO PROCVRATOR E  
Cleri. Cap. VII.

2 Formula pro Reductione Missarum ante Concil. Trid. & Anniversariorum.

**R** Euerendissime Pater in Christo, & Domine. Datur facultas Reuerendissi-

fimæ Amplitudiniæ tuæ à Sacro Sanco Conclio Tridentino, ut in Synodo Diæcesana, rebus diligenter perspectis, possit pro sua conscientia in Ecclesijs suæ Diæcesis sibi subiectis statuere circa numerum Missarum, vel ob tenorem eleemosinam, vel ob magnum Missarum numerum, ante Concil. Trid. à testatoribus reliqtarum; & item à Sacra Congregatione Concilii eiusdem Tridentini, circa Anniversaria, & Officia Defunctorum. quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, arque Ecclesiastarum utilitatem expedire videatur. sum autem in hac Synodo non possint omnia examinari profundius; Ego N. N. huius Cleri Procurator humiliter peto, & insto apud Reuerendissimam Amplitudinem tuam, ut eligantur idonei viri, qui, prout erit opus, vna cum Amplitudine tua numerum prædictorum reducant.

1 Pro alijs rebus formet Procurator libellos supplices, & legat eodem modo quo supra.

FORMVLÆ PRO SECRETARIO  
Synodi. Cap. IX.

1 Formula Decretorum, quæ significata sunt in secunda parte.

Et post Decretum de initio Synodi, quod ibidem habetur, legitur hoc modo.

2 Decretum de modo viuendi tempore Synodi.

Quoniam nihil fere saepius & diuinis litteris, & Ecclesiasticis monumentis commendatum est, quæam Clericalis ordinis hominum vitæ integritas, innocentia, fides, religio, pietas, virtutumque omnia ornamenta, quibus dominus Dei potissimum excellit, video Clericorum nostrorum hic præsentem monemus, & per viscera misericordiae Dei nostri testamur, ut cum semper, tum maxime hoc tempore in verbo, in conuersatione, in charitate laicis hominibus prælucet omni virtutum splendore. Tabellam igitur disciplinarum Synodalis à nobis propositam diligenter obseruen: quæ est huiusmodi.

Sacerdotalis personæ officia, &c. Habetur supra pag. 27. & 28. legatur usque ad num.

2.

3 Decretum de Officialibus Synodi habetur supra pagina 27.

4 Decretum de prejudicio non afferendo.

T 2. De-